

ANTONII MEDI RAGVSINI

QVÆDAM ANIMADVERSIONES
in Prædicabilia Porphyrij,

*In quibus probatur plura esse errata, quam verba
si cum puritate Philosophie Aristoteles
conferantur.*

Quæ puritas à nemine vñquam intelligetur Prædicabilibus
Porphyrij non explosis.

C U M P R I V I L E G I O.

QVAM ADMIRABILE

DOMINE, DOMINVS NOSTER



EST NOMEN TVM.

VENETIIS, Apud Franciscum Barilettum. 1600.

Superiorum permissu.



PER IL VSTRI
DOMINO IOANNI
VINCENTIO PINELBO.

Antonius Medus. S. P. D.



DOCTQVAM tuo singulari
indicio misi meam expositionem in
septimum Metaphysicā, ēpon-
derandam, ēexhibendam, ē
transmittendam, quam doctissi-
mis tuis familiaribus etiam ad re-
motiores partes terrarum magnopere cupiens ve-
num Batem philosophia Aristotelis è tenebris, qui-
bus ipso communi modo philosophandi iacet obru-
ca aliquo modo eruere, ut tandem aliquando huic

nosiro sœculo tam nobile donum à benignissimo Deo
hominibus datum incipiat in studiorum animis
resplendere : totum me ad studium Logicae Aristoteli
contuli , ut passim ea , quæ ijs nostris conati-
bus opportuniora essent videnda vel exponerem ,
vel aliquo modo studiosis , pro mea ienuitate , no-
ta facerem . Ac primum omnium suscepit discu-
tiendum Porphyri opusculum , quia communiter ,
Et Logica , Et vniuersa Philosophia preponitur .
Cuius auctoris lectio tanquam omnium hominum
communis inimici summum in me contra ipsum
odium excitauit . Nam ipsum procul dubio ani-
maduerti in scholis philosophie Aristotelis magna
damna intulisse . Ex illa enim , quantacunque
sit , in me pure philosophie Aristotelis cognitione ,
dum lego philosophantes , illos video Aristotelem
querentes sine fine laboribus torqueri . Ac quo
magis putant se ad ipsum accedere , eo magis ab
ipso ita reperi recessisse , ut secundum communem
modum philosophandi nemo adbuc puritatemphe-
losophie Aristotelis nouerit , neque eiusmodi cona-
tibus nosse potuerit . Quorum summa cauſa est
prima auctoritas , quæ in scholis ita inueterauit ip-
sorum Prædicabiliūm , ut nisi quod prius Porphy-
rius annuat , nec ipsi Aristoteli sit indubita fides .
Quæ quidem prædicabilia tot erratis cognoui un-
dique redundare , Et ubique sic ineptum modum
philo-

philosophandi, ut prætatio illa noluerim notare,
 quæ notanda erant. ^{ad} a parte, quæ de communis-
 tatis, ^{et} ⁱⁿ ipsijs ab ipso appellantur. Et
 quia uniuersique paullo philosophia studiosiori sine
 mea expositione patebunt. Et quia nolui Lectori mo-
 lestus esse sicut, ^Et ille mihi molestus fuit, ^Et quia
 tandem illa errata à me notata sufficientia mihi
 visa sunt, ut ruditatem prædicabilium ostendant,
^Et omnino illam summam eorum autoritatem a-
 dimant, ^Et denique ut illorum autorem obdamna-
 illata tanquam uniuersalem omnium philosophie
 studiosorum inimicorum merito odio prosequatur,
^Et è scholis expellentes obliuioni tradant sempiter-
 ne. Cum igitur hec nostra contra Porphyrium
 quam primum cuperem ad doctissimos quoque per-
 uenire, nullus mihi occurrit ad id præstandum te-
 præstantior, homo doctissimus, ^Et qui tantum pro-
 pter animi sui cultum philosophatur. Cuius nobis
 vicissim argumentari. Ob has, ^Et alias quam plu-
 rimas causas nullum te iudicavi aptiorem, cui has
 meas qualicunque currenti stylo elaboratas lucu-
 brationes dedicarem. Quod quidem Opusculum li-
 cet parum mole videatur, non dubito tamen quin
 tibi sit gratum futurum. Memini enim in Collo-
 quio nostro, quāmuis quadam pauca à me contra
 Porphyrium dicta tibi mira visa fuisse. Quid nunc
 tandem

tandem videbitur, quando illum ante, te prius-
quam arte ullum alium prostratum ostendo, & ex-
termaximo nullum omnino faceo? In tuorum igit-
tur doctissimorum tibi familiarium numero istuc
Patauij, in quibus est meus carissimus affinis Do-
minus Traianus Radulovich, sicut tibi sunt nobi-
lisima studia loco maxime propinqua; sic & pro-
ximos futuros arbitror, à quibus de ijs nostris iu-
dicium sis efflagitaturus, meq; de tuo iudicio,
quem ego quanti facio puto te nosse, quam pri-
mum certiorem facturus. Quia quidem omnia no-
stra semper summitus certissimo iudicio, censu-
raque Sanctæ Romanae Ecclesie; præsertim vero de
illa præclare merito eius visibili capiti Clementi
Octavo Summo Pontifici, quem Clementissimus
Deus diu Ecclesie sua Sanctæ seruet in columem.

Ragusio 10. Kal. Septembris anni 1599.



ANTONII MEDI ANIMADVERSIONES

In Prædicabilia Porphyrij.

In vniuersum eius Opusculum. Caput I.

ON dubito, quin hæc nostra non modo quia noua, sed etiam, vt quam humanissime dicam, quia communi modo philosophandi per tot sœcula iam vñiuersum scholarum approbato, & contrito, sint primo aspectu ut insolita, ita odiosa videnda. Quis enim æquo animo feret contradicere Porphyrio, Alexandro, & in vniuersum, communis modo philosophandi? Quid, si amplius dicerem, oportere nomen Porphyrij omnino è scolis ita delere ut Icholæ candorem philosophiæ Aristotelis percipiatur, & illum tanquam sacrilegium habere, qui pulchritudinem Philosophiæ Aristotelis sic deturpauit, confudit, & tenebris offudit, vt per tot sœcula sub eius nugis ita delitescat, vt quod magis eius vanis vniuersalibus queratur, eò densioribus tenebris adeò offundatur, ut ipsa philosophia Aristotelis, quæ suis in partibus ordinatissime disposita est, infinito labore, secundum commu-

ANIMADVERSIONES IN

communem modum philosophandi, in sua puritate
minime cognoscatur? Quid, si libere faterer quæcumque
pro expositione philosophiæ naturalis, & Logicæ
ipsius Aristotelis iuxta dictum communem modum scripta
sunt perinde putanda esse, ac si non essent scripta
ad nitorem philosophiæ Aristotelis cognoscendum?
Ecquis ea, quæ quodammodo cunctis aduersantur,
odio non prosequatur? Ecquis ea benignis auribus audiatur,
quæ sunt & contra primas impressiones eorum, qui
ipsi met iudices in causa sunt, & contra eorundem tam
perennem habitum, qui est altera natura? Hunc accedit,
durum esse sibi met ipsi contradicere, licet aliquis
etiam primo aspectu ui ipsius rationis verum dicere co-
gi videatur. Verum quoniam tanta vis est veritatis, ut
omnia vincat, cum vero verum semper, & ubique con-
sentaneum sit, & æque ac igitis quo magis excutitur, eo
magis splendeat. Et quia inter omnes, qui in puris na-
turalibus philosophati sunt, tanta est auctoritas Aristote-
lis, ut ego solus cum hoc uno magistro, & cum ipsa ue-
ritate aduersas quo suis Aristotelis discipulos possim in
certamen forti animo fidenter prodire, si tamen certa-
men dicendum est, has nostras cogitationes discutien-
das exhibere quam eminentissimis sapientiam profiten-
tibus. Qui tametsi partes sint huius causæ, nullum
tamen inconueniens erit eosdem & iudices esse. Nec
verò hic locum habet ab humanis legibus non permit-
ti, ut idem posse esse & pars, & iudex, & patronus.
Nam hoc merito factum est, cum lex sit hominum, qui
varijs animi perturbationibus huc, illucque a ueritate
plerunque aguntur. At nūhi res est cum egregijs uiris;

hoc

hoc est, cum nobilissimo genere hominum, quorum actiones in contemplatione mentis versantur, quos Aristoteles appellat Metaphysicos, primos Philosophos, sapientes, & Theologos, & quos ubique præceteris extollit, & summis laudibus exornat: quorum quidem vita est quodammodo communis cum Angelis cœlestibus. Qui quidem etsi partes sunt huiuscem contoversiarum; nihil tamen impedit, quominus sint etiam iudices, cum finis & bonum ipsorum ipsum uerum sit. Quare non dubito, quia hos eosdem & iudices, & suos patronos sim habiturus. In expositione nostra duodecimi, & septimi libri Metaphysicorum dixi communem modum philosophandi, qui est in usu scolarum ex duabus philosophijs Aristotelis, & Platonis esse compositum in præcipuis principijs inuicem contradictientibus, quæ fieri non potest, ut concordentur. Qui quamvis re ipsa magis est Platonis, quam Aristotelis; nomine tamen magis est Aristotelis, quam Platonis: nunc uero id melius considerans, dico, nec esse Aristotelis, nec Platonis, sed quendam tertium, nec apud omnes hunc unum, & eundem. Sed (ut dixi) quia ex contrariis permixtus, ideo pro acumine ingenij philosophantium uarie a varijs compositus. Itaque fit, ut quot sunt autores, qui strictius philosophantur, tot modi philosophandi in scholis de mente uniusquisque philosophiae professoris dicantur. Qui quidem omnes in hoc ita conueniunt, ut unusquisque eorum quia sic philosophetur, ut de entibus, quæ sunt vniuersalia separata inter genera generalissima, & species specialissimas, vel ut communius, & de mente recentiorum dicam, qui transcendenter introduxerunt, philosophetur; De ente, inquam,

ANIMADVERSIONES IN

quod est in vniuersalibus separatis à genere generalissimo usque ad speciem specialissimam, ideo modos omnes omnium simul sumptos appello communem modum philosophandi. Atqui quemadmodum scientiæ suis primis principijs innituntur, quibus principijs major fides habetur, quam conclusionibus, cum propter quid unumquodque est tale, & illud magis. Quæ quidem prima uera sint necesse est. Nam si uera non essent, conclusiones ex ipsis in bona consequentia eò minus essent uerae. Id quod uidere est in communi modo philosophandi, qui, ut ex se unicuique studioso manifestum est, totus innititur ut suis primis principijs quinque Porphyrij prædicabilibus, in quibus consistit vniuersus Platonicus modus philosophandi. Quibus, quemadmodum prima in ordine & Logicæ, & philosophiæ posita sunt sic & prima, & præcipua fides ita habetur ut si in communi modo philosophandi Porphyrius non esset, neque vox neque sensus esset. At opus est huiusmodi principia uera esse, qua conditione infra planum fiet, ipsa uniuersalia Porphyrij carere. Quod si hæc principia non sunt uera, sequitur nec ipsum communem modum philosophandi esse uerum. Illa uero positio est uera, quæ sicut est in re, sic se habet & in mente, & è conuerso, illa non est uera, quæ aliter se habet in re, quam in mente. At prædicabilia Porphyrij aliter sunt in re, quam in uoce. Ergo non dicunt uerum. Aliter illa esse in re, quam in uoce, patet ex Præfatione sui Opusculi, in qua ait, se secundum philosophiam Aristotelis philosophari, reuerto tractat puram philosophiam Platonis, quæ ex diametro philosophiæ Aristotelis est contraria: cum qua fieri non potest, ut possit componi. Aliter igitur

gitur in re se habeat, quam in uoce. Ergo ipsa prædicabilia, quæ sunt prima principia communis modi philosophandi non sunt uera, & per consequens minus uerus communis modus philosophandi. Hæc prædicabilia non esse secundum philosophiam Aristotelis, quia potius ei esse contraria, & prius pluribus in locis nostræ expositionis notauiimus, & deinceps in expositione quatundam partium Logicæ Aristotelis, quam modo, si Diuinus fauor aderit, molimur, ostendemus. Verum quoniam sicut uniuersæ philosophiæ, ita & uniuersæ Logicæ Aristotelis hoc Opusculum prædicabilium præponitur; ideo priusquam Logicæ expoundæ manus admoueamus, necesse duximus ipsum Opusculum inde tollere, & perpetuæ obliuioni tradere, simul minorem propositionem supradicti argumenti pluribus rationibus probando, & ostendendo philosophiam præfati opusculi non esse philosophiam Aristotelis. Primum omnium dictarum rationum non erit ab re ex ijs, quæ ipsemet expertus sum sic argumentari. Si hoc opusculum sicut est præpositum omnibus Libris Logicæ Aristotelis; ita postremo loco positum esset, nemo profecto illud absque tædio legeret. Quoniam manifeste deprehenderet quid, alienum, immo quid omnino contrarium philosophiæ Aristotelis. Verum quia in principio est positum, & primus omnium librotum & philosophiæ, & Logicæ à studiosus legitur, primus, inquam, ratione methodi: ideo necesse est, ut ei prima, & maxima fides habeatur, cum ipsa sint prima principia, quæ semper, ut deinceps ratiocinabimur, non solum auctoritate Magistri docentis, sed omnium philosophantium omnibus sœculis sic assentientium ita in

ANIMADVERSIONES IN

mente discentis imprimuntur, ut nunquam postea in dubium queant reuocari. Nam si quis de prædicabilibus Porphyrij hæsitaret, oporteret eum simul de toto illo dubitare, quicquid ut uerum in philosophia, & in Logica didicisset. Ex quo fieret, ut illud & uerum, & non verum simul crederet. Quod fieri non potest. Argumento nobis est rem ita se habere effectus inde sequutus. Etenim nobilissimo ingenio Picus, qui tota sua yita ut concordiam duarum philosophiarum ederet, insidauit, ideo non edidit, quia fieri non potest, & quia hoc inconueniens in ipso principio animaduertere non potuit. Quoniam simul & ipsum principium, & universam philosophiam, quam in ipso principio inherenter didicerat simul & semel credendum esset, & non credendum, quod fieri non potest. Mihi vero id hac ratione compertum fuit. Dum sine Magistro viuæ vocis darem operam philosophiæ, in scripta solius Aristotelis incumbens, in quibus nec aliquid superfluum, nec aliquid mancum, sed quicquid ad methodum editam cognoscendam est necessarium procul dubio repetitur (loquor autem de hoc genere philosophiæ) Aristoteles fuit summus, & singularis magister methodi. Quando vero mihi opus fuit pro intelligentia verborum Aristotelis aliquam expositionem videre, præ cœteris Anglico doctore, qui maxime omnium est textus usus sum. Atque ita in studio huius ordinatisimæ philosophiæ postremo loco mihi occurrit, ut hoc Opusculum considerarem, & ita omnino alienum, & contrarium philosophiæ Aristotelis annotarem. Quam ob rem non solum ex hoc loco est tollendum, sed omnino ex memoria studiosorum amandandum. Ob hanc etiam

etiam rationem est hoc Opusculum è scholis Aristotelis ejciendum, quia nulla pars Aristotelicæ philosophiæ est eiusmodi, ut in aliquo cuiuspiam eius libri angulo locum possit habere. At dicet aliquis in Topicis, in Metaphysicis, in libro Prædicamentorum, & in alijs, partim in uno loco, partim in alio loquitur Aristoteles de genere, de specie, de differentijs. Quid huiusmodi termini significant, quia Porphyrius non intellexit Aristotelem; ideo in proslas alio, & omnino contrario sensu ipse de illis in suo opusculo tractat. Conueniunt quidem huiusmodi termini in nomine, at in ratione omnino differunt, ut infra patebit, ita, ut & alij, & à philosophia Aristotelis alieni sint termini. Quare neque secundum partes, neque ut totum est hoc opusculum aliqua pars philosophiæ Aristotelis. Ergo è scholis philosophiæ Aristotelis omnino tollendum. Præterea totum hoc opusculum est de uniuersalibus separatis, quorum unumquodque est unum extra multa, uniuersalium uero Aristotelis unumquodque est unum in multis. Illa uniuersalia, & res singulares æquiuocè dicuntur: hæc uero uniuersalia, & res singulares in philosophia Aristotelis uniuocè dicuntur. Quæ propter in illis uniuersalibus nec est scientia, nec demonstratio; in his autem uniuersalibus Aristotelis est & demonstratio, & scientia, quoque uniuersalior, & potior, ut in primo posteriorū capite, x, ubi ait. Formas quidem igitur esse, aut unum aliquid præter multa non est necesse esse si demonstratio erit, sed oportet, ut unum de multis uerum dicat: & nisi hoc modo unum de multis uerum dicat, non erit uniuersale. Ac subiungit, & si uniuersale non erit, nec medium demonstrationis erit: & ideo nec demonstratio erit. Et ideo, infert.

ANIMADVERSIONES IN

fert oportet igitur aliquid unum , & idem in pluribus esse non æquiuocè , idem & capite xvij. & in vj. Topi-
corum loco 79. tum in vij. libro loco 32. Quocirca in
hoc opusculo dicere possumus esse tot errata, quot uer-
ba ita, ut omnino è scholis philosophiæ Aristotelis sit ex
plodendum.

Quoniam item hoc Opusculum inscribitur, Introduc-
cio in dialecticam Aristotelis ; ideo è scholis philolo-
phiæ Aristotelis tollendum, quia contrarium efficit his,
quæ titulo pollicetur. Dum ipse in schola Platonis exi-
stens, doctrina contraria Aristoteli , ait se velle introdu-
cere in philosophiam Aristotelis, quam ipse ignorabat ;
quod dum dicit, efficit, ut omnes post ipsum è methodo
Aristotelis egrediantur . Facit etiam in ipso methodi
principio , vbi agitur de incomplexis prædicamentis ,
quæ Aristoteles dicit in concreto, substantia , quantum ,
quale, ut dicant sequaces ipsius, eius introductione insti-
ruti in abstracto, substantia, quantitas, qualitas, & sic de
al. js. Hoc modo semper exinde post eum extra metho-
dum Aristotelicam egressi querunt Aristotelem in ab-
stractis , nec vñquam inueniunt , nec inuenire possunt
uel infinito labore secundum communem modum phi-
losophandi quo vtuntur . Testes sunt ipse iñfinitus di-
uersorum diuerso modo impensus labor, diuersa dogma-
ta , peregrini termini , qui in textu Aristotelis nusquam
sunt. Terminus, quod quid erat esse in scholis incogni-
tus , sine cuius cognitione fieri non potest , ut cognitio
Philosophiæ Aristotelis habeatur. Quod si in aliquo
proposito putant se ipso uti sub hac uoce , essentia , uel ,
quiditas ; quiditas , & essentia significant formam vni-
uersalem separatam : quodquid erat esse, significat for-
mam

mam singularem, quæ nec loco, nec tempore, nec mente potest separari, ut legitur Metaphysicorum, Libri quinti capite sexto. Ex quibus unicuique patere potest, quā in diuerso tirulo ab effectu hoc Opusculum inscribatur. Tandem si aliud ipsius erratum nullum esset, ob hoc unum è scholis tollendum est, quod in præfatione sua ipse de se fatetur, se nescire quid sint illa uniuersalia, de quibus ipse met tractat. Quod quidem quam uerè dictum sit, non solum ex superioribus aduersus uniuersum hoc Opusculum dictis patet, verum etiam ex his patet, quæ aduersus parres ipsius opusculi deinceps Deo adiuuante, sumus dicturi. Quia igitur ignarus methodi dux, ideo è scholis tollendum.

In tractatum de genere. Cap. II.



E genere in pluribus partibus suæ Philosophiæ Aristoteles tractat. In quinto Metaphysicorum capite uigesimo octavo Genus, inquit, dici secundum generationem continuam eiusdem speciei, hoc uero ut materia. Hoc secundum primum mouens eiusdem speciei. Porphyrius partim ex hoc loco, partim ex primo Topicorum capite quarto putat in suo tractatu de genere se loqui de mente Aristotelis. In illo Metaphysico tractatu quam plurima penitus non intellexit, ut quod Aristoteles dicit. Genus etsi, quod est primum in rationibus. Aliqua uero, quæ putabat se intelligere, confusissime, & in alio sensu, quam Aristoteles scriperat, facit exordium sui tractatus de Genere dicens.

ANIMADVERSIONES IN

dicens. Genus esse quandam habitudinem, genus esse generationis principium, & genus dici à loco, in quo quis generatur, sed hoc parum ad rem. Verum de definitione generis, de quo genere ait philosophos loqui videndum est, quām sit ab Aristotele diuersus. Genus est, inquit, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo, quod quid est, & subiungit, ut animal. Quorum verborum ex ipsius sententia hic est sensus. Genus esse id, quod prædicatur de pluribus speciebus. Et ideo ait. Genus uidetur continere omnem multitudinem specierum, quæ sub eo sunt. Quod, ait, in eo, quod quid est, intelligit ea, quæ prædicantur in eo, quod quid est, else ea tantum, quæ sunt in genere substantiæ, ea uero, quæ sunt in generibus accidentium de suis inferioribus non prædicari in eo, quod quid est, & ideo subiungit exemplum, ut animal. At Aristoteles in primi Topicorum capite quarto, ait, Genus esse id, quod de pluribus specie autem differentibus dicitur, in questione, qua quid sit quidque queritur. Horum autem uerborum non subiungit exemplum, ut animal, sed ut declareret, quid sit queri huiusmodi questione, subiungit. In questione autem, qua quid, quidquæ sit, queritur, ea dicuntur omnia, quibus accommodate, & apte respondeat his, qui rogantur, quid sit id, de quo agitur. Tum subiungit exemplum. Et si quis rogetur, quid sit homo? recte respondebit, animal. Sicut procul aspicientibus quadrata, rotunda uideatur; sic Porphyrio consideranti quandam adumbrationem uerborum Philosophiæ Aristotelis, uerba ipsius similia uisa sunt verbis Aristotelicis; reuera plus dissidet, quām quadrum à rotundo. Sensus autem verborum Aristotelis

TRACTUS DE GENERE. 9

relis hoc est . . Quod ait, genus esse, quod prædicatur
 de pluribus differentibus specie, hoc est de pluribus si-
 gularibus differentibus specie; non autem de pluribus
 speciebus, ut Porphyrius in scholis docet. Quod pro-
 blatur primo ex constructione verborum. Nam ad sen-
 sum Porphyrii non potest fieri ita cōstructio, quod præ-
 dicatur de pluribus differentibus specie, ut dicat de plu-
 ribus speciebus. Ad sensum vero Aristotelis commo-
 dissime fita cōstructio, quod prædicatur de pluri-
 bus differentibus specie, ut dicat, quod prædicatur de
 pluribus singularibus differentibus specie. Deinde
 quia rationes in philosophia Aristotelis quanuis vniuer-
 saliter dicuntur, ratioties tamen singularium sunt, non
 autem vniuersalium. Id. quod quanquam in vniuersa
 eius philosophia, & Logica est videre, ad rem tamen
 nostram maxime facit caput octauum decimi Meta-
 physicorum, ubi de specie differentibus ait. Hoc enim
 est diuetsa specie esse; quod cum in eodem genere sint,
 contrarietatem habent individua existentia. Mox de
 eisdem specie subiungit. Eadem specie esse, quæcun-
 que contrarietatem non habent individua existentia.
 Ideo & speciem generis singularem speciem in septimi
 Metaphysicorum capite quarto appellat his verbis.
 Non ergo illi dorum, quæ non sunt species generis in-
 erit quod quid erat esse; sed ijs solum: hæc, ait, viden-
 tur non secundum participationem, & passionem, nec
 ut accidentis dicitur. In libro prædicamentorum, ubi de
 prædicamentis, id est, de vocibus significantibus, &
 de prædicatione secundarum substantiarum, & de in-
 hibitione accidentium agit, omnia refert ad ipsa sin-
 gularia, quæ singulata, & primas substancias, & præ-

ANIMABVERSIONESTVN

cipue, & maxime, & simpliciter substantias, & subiectas
omnium appellari. Itaque omnis ratio, & omnis inha-
rentia refertur ad prima subiecta, id est, ad ipsa singula-
ria, non autem ratio ad rationem; sicut est uniuersale ad
genus, & genus ad uniuersale. Omnis namque ratio est
subiecta ratio, non autem ratio rationis ratio.

Alium insigne in errorem in definitio[n]e generis com-
mittit ab[er]t[us] & ipse[us] & Aristoteles idem in verbis dicitur. Ge-
nus nempe prædicari in eo, quod quid est, tam in sensu
inter se quam maxime discrepant. Porphyrius si anque
putat tantum gentis substantia prædicari in eo, quod
quid est; genera vero accidentium, de suis inferioribus
non prædicari in eo, quod quid est. Iac circostatim sub-
iungit exemplum, ut animal. Aristoteles h[ab]et omnium
decem generum unam communem definitionem, qua
uniuocè de omnibus dicit, assignavit, dicens, Genus
prædicari in eo, quod quid est. Itaque seu substantia
secunda ut animal prædicatur in eo, quod quid est, de
homine, & de bove, & de aliquo hominie, & de aliquo
bove: sic & quantum prædicatur in eo quod quid est qu[od]
de triangulo, & de quadrato, tum de aliquo triangulo,
& de aliquo quadrato. Eodem modo dicendum est de
uniquoq[ue] genere ceteroru[m] accidentiis. Textus Aristote-
li, ex se patens huiusmodi sensum exprimit; si quis autem
dubius esset, dicatne hoc Aristoteles de omni generi, cu[m]
exemplu[m] posuit eoru[m], quæ interrogatur quid sunt tantu[m]
de homine, du[m] interrogamur quid sit homo? recte respo-
demus animal esse. Cur h[ab]et similiter ego afferre possum;
aliud exemplu[m] in genere accidentis interrogamus quid sit
iste triangulus? nonne recte respondebitur, figura uel
quantum? uel si interrogem quid sit hoc album? si nonne
recte

TRACTUS DE GENERE. 10

recte respondebitur, color uel quale? Quod etiam est uidere in primo Topicoru capite sexto, ubi ait. Id autem, quod dicit, uel declarat quid alterum sit, interdum substantia significat, interdum quale, interdum aliud Prædicandum. Alia autem, quæ sequuntur, declarant, proposito quantum accidente significat, illud accidens dicere quid est, et significare uel quantu, uel quale, uel ad aliquid, & sic de ceteris. Quorum multa exépla in libris Topicoru passim est uidere a principio secundi capituli secundi libri, ubi in capitulo VIIIum quodque accidens de suis inferioribus prædicari uniuocè inquit quid. Quando uero contingit, ut accidens prædicatur de substantia, alia ratio est huius prædicationis. Etenim sciendum est, rationem accidentis nunquam posse prædicari de substantia, nomen uero accidentis contingit interdum ut prædicetur. Ut libro prædicamentorum in tractatu de substantia est uidere, sed hæc prædicatio est per accidens. De genere Aristoteles aliter loquitur in libro prædicamentorum, aliter in libris Topicorum, & aliter in Metaphysicis. Etenim in libro prædicamentorum sufficit cognoscere quid genus, ut nomen significet quoddam uniuersali, modo cognitionis, quod seipso propinquius est. In libris uero Topicoru, in quibus est propositu methodi inueniendi loca argumentorum, in quibus loquitur de genere, ut est prædicabile genus, Hæc quoque cognitionis generis non est propria, & absoluta cognitionis. Huiusmodi ratione generis, putabat Porphyrius in mente Aristotelis recitare, qui quidem quam ab Aristotele sit diuersus puto me satis probasse. In Metaphysicis tandem tertia ratio est loquendi de genere, scilicet Generis esse id, quod primo in rationibus dicitur, quæ est propria, & absoluta generis ratio. Sunt

ANIMADVERSIONES IN

alia quam plurima, quæ de genere in diuersis Metaphysicæ partibus Aristoteles dicit, quæ quia Porphyrium omnino latuerunt, ideo de illis nusquam meminit.

Quod ait, eorum, quæ dicuntur, alia quidem de uno solo dicuntur, sicut indiuidua, ut Socrates, & hic, & hoc. Socrates, hic homo, hoc lignum, quoniam sunt singularia, & subiecta, de nullo prædicantur, nec aliqui insunt. Ut in libro Prædicamentorum. Rationes verò indiuiduae uniuscuiusque eorum de unoquoque singularium; idest, numero indiuidorum dicuntur. Quod uero ait genera, & species, & differentias, & propria, & accidentia de pluribus prædicari communiter, sed non propriè alicui, secundum philosophiam Aristotelis nihil horum uerum est, quia potius in his paucis plura errata, quam uerba sunt. Primo quoad genera, species, & differentias quoniam & hæc, & ea quoque quorum hæc rationes sunt, sunt æquiuocè dicta, ut supra probatum est; ideo & in hoc proposito, & in quounque alio, in quo loquitur in suis prædicabilibus de huiusmodi vniuersalibus contrariam doctrinam philosophiam Aristotelis loquitur. Item errat, quoniam etiam si hæc vniuersalia essent rerum vniuocæ rationes (quod non sunt) positis generibus, speciebus, & differentijs prædicantibus, superfluum est ponere accidentes commune. Genera namque sunt & accidentium genera, species, & accidentium species; differentiæ, & accidentium differentiæ. Quod uero ait de proprio, & de accidentiis separabili, tum inseparabili, tum communi, omnino ignorabat Philosophiam Aristotelis, ut suis locis probabimus. Postea suo more philosophandi de ijs digreditur, in quibus sua prædicabilia inuicem differant.

In

TRACT. DE GENERE. 11

In qua digressione tametsi non desit ubiq; quod illi merito possit obijci; partim tamen breuitati studentes, partim opportuniorem locū nacti fortasse nō omittentius. Hoc tamen hic non est prætermittendum, quod ait. A proprio autem differt genus, quia proprium de una sola specie, cuius est proprium prædicatur, & de ijs, quæ sub ipsa specie sunt individui. quemadmodum risibile de homine solo, & de singularibus hominibus. Hoc manifestus est error. Na quod proprium est speciei uniuersalis, hoc non est proprium his singularibus, de quibus species uniuersalis prædicatur; sed id commune est omnibus singularibus. Ut risibile proprium est omni homini in specie; risibile uero in singularibus commune est, & non proprium. risibile namque cum homine conuertitur: ut homo est risibilis, & risibile est homo. Socrates est, ergo risibilis possumus dicere; at risibilis est, ergo Socrates non possumus dicere.

A differentia deinceps quod ait, & ab ijs, quæ communiter sunt accidentia differt genus, quoniam subiungit, & si de pluribus, & differentiis specie prædicantur differentias, & communiter accidentia; non tamen in eo, quod quid est prædicantur, sed in eo, quod quale quid est, & alia, quæ in proposito sequuntur. Ipse putabat erroneè, accidentia de substantia prædicari; ut in libro Prædicamentorum est uidere. Accidentia singulare insunt subiectis: idest substantijs, quorum singulorum accidentium ratio nunquam prædicatur de substantia, nomen vero singularis accidentis aliquando prædicatur de subiecto, & hæc prædicatio est per accidens, sicut quando digimus, Socrates est albus, ratio albi non prædicatur de Socrate, sed nomen solum; hoc que,

ANIMADVERSIONES IN

quic, ut dixi, per accidentis. Vniuersale uero accidentis, vel genus accidentis alicuius, nunquam de singulare substantia prædicatur, sed de uniuersali substantia nihil prohibet prædicari. Sicut quando dicimus hominem esse visibilem, vel colorem in corpore a substantia esse; ideo Aristoteles in tractatu de substantia, ait. Eorum uero, quæ in subiecto sunt, plurimis quidem neque nomen, neque ratio prædicatur de subiecto ratio. Accidentis est vniuersale accidentis. Neque hoc aecidens, neque nomen ipsius accidentis vniuersalis prædicatur aliquando de subiecto. De accidente uero singulati inherente alicui subiecto subiungit. In aliquibus autem nomine quidem nihil prohibet prædicari aliquando de subiecto, ratio uero ut prædicetur fieri non potest. Vniuersalia genera, & differentias accidentium ipse suo commento appellat commune accidentium. Hæc vniuersalia accidentium de suis inferioribus prædicari in eo, quod quid est satis supra probatum est. Ideo errat in his, quæ in hoc proposito dicitur quoniam Prædicantur etiam differentiae de suis inferioribus in eo, quod quid est, & non ut Porphyrius dicit, in eis quod quale est. Differentia aliter generis differentia dicitur, & aliter singularis alicuius, & eius speciei. Nam differentia generis genus determinat in eo, quod quale genus est, Ideo dicimus, animal rationale; id est quale animal dicimus, & etiam quale animal significat. De differentijs hoc modo acceptis in quinti Metaphysicæ capitè vigesimo octauo dicit. Genus esse, ut in rationibus quod primum inest, quod dicitur in eo, quod quid. Et subiungit hoc genus, cuius differentie dicuntur qualitates. De hoc modo Prædicantibus differentijs, in libro Prædicamento-

TRACT. DE GENERE: 12

rum ait. Quare quotcunque differentiae prædicari fuc-
tint, totidem & subjecti erunt. Et in tractatu de substantia.
Quare omnis inquit, quæ substantijs, & differentijs
sunt, uniuocè prædicantur. Quod ait Porphyrius com-
munia prædicari in eo, quod quale, non est verum.
Nam, ut dictum est, omnia genera, species, & differen-
tiae accidentium de suis inferioribus in eo, quod quid
est prædicantur, & significant quale, quantum, ad ali-
quid, & cetera suo ordine accidentia, & non quale tan-
tum, ut ipse putabat.

In Tractatum de specie. Cap. III.

SPECIES, ait, est, & ea, quæ sub assigna-
to genere collocatur, secundum quam so-
leimus dicere, hominem quidem speciem
animalis; cum sit genus animal, album
autem coloris speciem, triangulum vero
figuræ speciem. Quare subiungit. Quod si etiam genus
assignantes, speciei meminimus dicentes, quod de pluri-
bus, & differentiis specie in eo, quod quid est, prædica-
tur, & specie dicimus id quod sub assignato genere est.
Ideo ait, genus esse alicuius genus, & specie alicuius spe-
cie; utriq; utriusq;. Icciro, cocludit, necesse esse in utro-
ruq; rationibus utrisq; vti. Qui modus philosophiæ est
omniq; contrarius philosophiæ Aristotelis. Nam in philo-
sophia Aristotelis species, de qua Porphyrius interdebat
loqui disiunt, uniuersale prædicabile, vel species universalis,
vel terminus, vel ratio speciei, vel sicut in definitio-
ne secundaria substantiaru ea vocat unu in speciebus. Spe-
cies vero absolute loquendo singuloru sunt, numero indi-
uiduorum,

ANIMADVERSIONES IN

uidorum, species quas quid erat esse, & quid
erat esse appellat. Species vero substantia fum sunt spe-
cies, quas in capite tertio duodecimi Metaphysicorum
triplici nomine vocat, quādām nēmē naturam, quod
quid, & quandam habitum ad quam! Quādām na-
tura in habentibus animam anima est: quod quid sub-
stantiae est species ad rationem relata; quidam habitus
ad quam est species singularis, quam quod quid erat es-
se dicit. Quae quidem species, & id, cuius est species se-
cundum substantiam idem sunt. In Platonica philo-
sophia Genera, & vniuersalia sunt principia, & sub-
stantiae omnium. Ac quo magis vniuersale, magis prin-
cipium. Quæ quidem sicut faciunt, & dicunt esse à
singularibus separata; sic in uicem alterum ab altero di-
cunt esse separatum. Ideo Porphyrius ait speciem esse
eam, quæ sub assignato genere collocatur, & post su-
perius recitatam siam digressionem; concludit species
genere definiti, & genus specie. Quasi vero genus sit
speciei genus, & species generis species. Quam defini-
tionem sicut ineptam, ita impropriam manifeste ostendam.
Animal est species substantiae, ergo est species
absolute, ex eius definitione; quod quidem animal
suum esse genus eorum, quorum est genus. Ergo spe-
cies genus, & genus species. Non negamus in philo-
sophia Aristotelis etiam dici posse, genus esse aliquo-
rum genus, & speciem prædicabilem aliquorum spe-
cierum. Sed omnino aliter quam Porphyrius putabat;
idei, genus esse singulorum genus, speciem uero præ-
dicabilem esse singulorum speciem vniuersalem. Quod
vero, ait, species generis; Species generis est apud An-
stotelem species singularis. Ut est videre libri septimi

TRACT. DE SPECIE. 13

Metaphysicæ capite quarto, & libri decimi capite undecimo. Et horum singularium, & genera immediate inveniunt, & species immediate insunt; non autem medianis speciebus genera de singulis prædicantur, ut Porphyrius falso opinabatur.

In Philosophia Aristotelis genera, & species prædicabiles rationes rerum singularium sunt: quarum rationum inter genera, & species possunt esse plures differentiationes respicientes tum genera, tum sibi, inferiora, de quibus prædicantur. Differentia ad genus relata ipsum genus determinat. Differentia ad inferiora se relata prædicatur de suis inferioribus in eo quod quid. Ideò dicimus, iste homo est rationalis, & homo est rationalis. Quando uero differentia determinat genus dicimus, Animal est rationale. Licet autem hæc exempla in genere substantiarum posita sint, quia cœteris notiora sunt; similiiter tamen in genere uniuscuiusque ex accidentibus prædicatis de singulis accidentibus, tanquam de primis suis, & simpliciter singularibus intelligantur. Nam sicut animal refertur ad Socratem, sic & color ad hoc rubecum, de quibus in libro prædicamentorum est uidere. Deinde Porphyrius de sua arbore, & de suis generibus generalissimis, & de suis speciebus specialissimis, & de subiecto sui modi philosophandi, quod est separatum à singularibus, & continetur in serie generum, & specierum inter decem genera generalissima, & species specialissimas. Ac cum rationem reddit cur tantum inter genera generalissima, & species specialissimas totus eius modus Philosophandi habeatur, & ad singularia non extendatur? Quoniam, ait, infinita sunt; ideo non possunt sub scientia comprehendendi. Hæc omnia non modo sunt

ANIMADVERSIONES IN

uana quoad Philosophiam Aristotelis, uerum etiam & erronea, & omnino illi contraria, & contradictentia. Series arboris prædicabilium licet satis suo ordine constare uideatur, excepto tamen corpore, quod non est de genere substantiæ, nec habet ullum gradum ipsius substantiæ, sicut nec rubeum, nec dulce, nec leue, quæ sunt de genere qualis, sic & corpus est de genere quanti. Hoc etiam in suis modis Philosophiæ conturbat quam plurimos, non obstante ipso ordine naturæ, nec autoritate Aristotelis, qui sunt in contrarium sequentes Porphyrium, qui prius hæc docuit. Videntur prima in cognitione, & veritati, & Aristoteli præualere. Præterquam quod est Philosophia hæc Platonica, & ualde animo nostro cognata propter suam immortalem naturam. Ac licet propter perpetuum habitum in omnibus scholis iam a tempore Socratis, & Platonis originem habentem sit serè factus in scholis innatus: nihil tamen ijs obstantibus omnia hæc sunt Philosophiæ Aristotelis contraria.

Quoniam hæc uniuersalia, quæ sunt unum extra multa, non scilicet à singularibus sunt separata sic, ut homo; & hic homo, animal, & hoc animal sint equivoce dicta; uel etiam inuicem sunt ita separata, ut per se intelligantur, scilicet unumquodque generalissimorum, & subalternorum generum, similiter & specierum, in quibus gradus unusquisque superior de suo inferiori prædicatur tanquam de subiecto; & ideo in communi modo Philosophandi diuiditur omnem propositionem in subiectum, & prædicatum. In qua serie prædicabilium, uel generum, homo uniuersalis est substantia, quia substantia de homine prædicatur tanquam de subiecto; animal similiter est substantia, quia

quia substantia de animali prædicatur tanquam de subiecto. Similiter & de alijs, quæ sunt in ipsa serie arboris dicendum est. Quarum propositionum unaquæque est falsa, quia in septimi Metaphysicæ capite decimotertio patet nullum uniuersale substantiam esse.

Nam in Philosophia Aristotelis unumquodque uniuersale refertur ad aliqua singularia tanquam ad subiecta; Quando uero uniuersale prædicatur de aliquo uniuersali, illud, quod prædicato subiicitur, non est subiectum, sed prædicatum, quia etiam tum refertur ad ea, de quo, uel de quibus prædicatur, tanquam de subiecto, uel de subiectis, idest, de primis substantijs. Quod autem ait genus generalissimum, & speciem specialissimam, hi sunt termini suæ separatae Philosophiæ, quæ in abstractis uersatur. Nam in Philosophia Aristotelis iij termini sunt uani, quibus in textu nusquam reperitur Aristoteles usus. Etenim illi termini sunt uniuersales relati ad uniuersalia; apud Aristotelem uero unusquisque terminorum uniuersalium refertur; ad singularia. Genus circa quod uersatur hæc Porphyrij Philosophia non est unum, sed decem genera sunt, unumquodque eorum continens uniuersalia à singulis separata, quæ sunt inter genus generalissimum uniuscuiusque decem generum, & inter speciem specialissimam uniuscuiusque.

Genus, uel, ut aiunt, subiectum, circa quod uersatur communis modus philosophandi uariè apud philosophantes ens esse dicitur. ab omnibus tamen ens transcendens decem genera, quodque ambiat omnia, quæ dicuntur esse. Horum quidam aiunt hoc ens æquiuocè, nonnulli uniuocè prædicari de omnibus, alij uero, qui accuratius uideantur philosophari ens transcendens ana-

ANIMADVERSIONES IN

logum ; aliqui tandem aiunt habere in anima esse subiectivum, aliqui obiectiuū. Philosophia uero Aristotelis nec est de ente communi decem prædicamentis , quod quidam antiquorum dicebant cum uno cōuerti, nec est de decem separatis casibus uniuersalibus Porphyrij; nec de ente trascendentī, ut recentioribus placet. Sed est de ipsis singularibus primis substantijs, quatum unaquaque nec in aliquo subiecto est , nec de aliquo subiecto dicitur. Harum quidē cognitionem uarijs generibus universalium scientiarum docet, prout diuersitas naturatum exigit. Alia enim est natura physicarum scientiarum, alia Mathematicarum , alia Metaphysicæ speculationis, & alia logicalium rationum tum eorum, quæ sunt quoad doctrinam , tum quoad disputationem , tum quoad probationem, tum quoad contentionem. In philosophia Aristotelis hoc modo formatur uniuersale prædicabile . Hoc polypodium purgat crassos humores , hoc similiter, & hoc, omnes polypodiū est hoc, & hoc, & hoc, ergo omne Polypodiū purgat crassos humores. Haec rationes in uoce sunt signa rationum, uel passionum, quæ sunt in anima, quæ animi passiones similiter sunt signa specierū rerum quæ quidē species, & ea, quorū sunt species, ut in Septimi Metaphysicorum capite sexto, secundū substantiam sunt idem. Ideo uniuersale Aristotelis est unum in multis, quod quidem unum in multis, & ipsorum multorum unumquodque uniuocè dicuntur. Ob has rationes in uniuersalibus Aristotelis sunt & demonstrationes, & scientiæ, quæ aliter habere non possunt, & quæ quo uniuersiores, eo potiores . Sicut; si quis noslet ex una sola experientia Polypodij uirtutem, posset dicere hoc habet talcm uirtutem, uerum sine dubio non posset dicere

re, an hoc semper? nec ea aliquod, vel unumquodque aliud? Quod si quis in unoquoque Polypodio idem expertus esset; & similiter sciret idem alias experiri; hic sine ulla hæsitatione demonstratiue sciret & hoc, & illud Polypodium sine dubio habere talem uitatem, & aliter se habere non posse. Quod ille, qui ex sola prima experientia cognitionem haberet, non solum illam certitudinem non haberet, sed semper dubius esset. Quare quod Porphyrius in suo modo philosophandi dicit singularia sub scientiam non cadere, in suo modo philosophandi uerum dicit, & ratio est, non quam ipse redidit; sed quia ipsius uniuersalia sunt à singularibus separata, quæ sunt unum extra multa, & ideo singulatia, & illa uniuersalia æquiuocè idem dicuntur. Quod uero ipse, ait, quoniam singulatia sunt infinita, ideo ea sub scientiam non cadere, non est uerum singulatia esse infinita; semper enim singulatia in aliquo numero sunt, & omnis numerus est finitus, ergo singulatia non sunt infinita nec ideo sub scientia non continentur, sed quia sunt æquiuocè dicta. In Philosophia uero Aristotelis singulatia continentur, & comprehenduntur sub scientia, & demonstratione, propter prædictas rationes, quibus & id quod ait in primo Posteriorum addendum est. Deficiente aliquo sensu, deficere & eius scientiam. Porphyrius in hoc tractatu de specie quasi epilogum suarum rationum faciens ait. Decem igitur generalissima sunt: specialissima quidem in numero quodam sunt, non tamen infinito. Individua autem quæ sunt, post specialissima infinita sunt. Deinde usque ad finem huius tractatus suo more philosophandi quamplurima tum componit, tum diuidit; omnia tamen, ut se habent in se-

ANIMADVERSIONES IN

inseparatis vniuersalibus, in quibus vnumquodque vniuersale inferius subiectum est superioris vniuersalis.

Ideò in quodam loco dicit. Genus semper de specie prædicatur. Cum in philosophia Aristotelis quanuis quandoque genus prædicetur de specie vniuersali, semper tamen tum genus, tum vniuersale prædieantur de singularibus, tanquam de subiectis, & primis substantijs. Cū omnis prædicatio, & omnis inhærentia intelligatur, absolutè, & semper de ipsis singularibus, tametsi continget, ut & vniuersale de uniuersali prædicetur; quoniam utraque uniuersalia, & illud, quod prædicatur; & illud, quod subiicitur; ambo semper sunt prædicata singulare; id est primorum numero individuorum. Quæ hactenus aduersus prædicabilia, licet cursim, & prout animo quædā scē offerunt, annotamus, non dubito quia primo aspectu omnibus incredibilia videnda sint. Quid si de hac Porphyriana arbore, quæ suo ordine, & dispositione generum, specierum, & differentiarum in his prædicabilibus tam pulchre accubare videatur, dicerem me posse eam sic euellere, & à suo loco amouere, ut amplius neque radices, neque truncus, nec vlla pars rumorū eius vlla ex parte officio suo fungatur; nōne hoc etiam sit primo aspectu incredibile uidendum? Sed quid incredibilius, quam modo me audire dicentem, substantiam non esse genus, non genus corporis, non animati corporis, non animalis, non hominis, non Socratis? Non solum substantiam non esse genus generalissimum; sed nec ylo modo genus, nec species quæ sunt nata prædicti? Quod sit paucis probabo. Hoc substantia, quam de cœteris omnibus Porphyrius (ait) prædicari, vel est prima substantia, vel secunda. Secunda ideò non est, quia

de Socrate, & de Platone non diceret uerum, Socrates est secunda substantia, Plato est secunda substantia ; hæc non sunt veræ propositiones, quia & Socrates, & Plato sunt primæ substantiæ, & non secundæ. Quia (item) substantia secunda non est absolute, & simpliciter substantia, sicut hæc Porphyrij, quam absolute, & simpliciter substantiam dicit. Secunda substantia est quædam substantia, & non est substantia. Quod quidem Porphyrius ignorabat, sicut & ipsam secundam substantiam cuius non meminit. Quod si quis diceret hanc substantiam esse primam substantiam, prima substantia ideo non est, quia sequeretur in illa arbore, & hominem, & animal, & ijs vniuersaliora esse primas substantias, quod verum non est. Quoniam Aristoteles ubique expresse, & clare his contrarium loquitur, tamen propter contrarium habitum, & consuetudinem ab hoc inimico homine primo studiosis omnibus successuè impressum, à nemine adhuc intelligitur, quanuis planus, & ex se patens textus Aristotelis sit. Ego quoque post quadriennium, quo huiusmodi abusus in modis philosophantiū notare cœperim, modo post finitum iam hoc Opusculum, vix tandem intellexi. Sed ad rem. In principio sexti capituli libri Prædicamentorum, ait, substantiam esse, quæ propriè, & principaliter, & maximè dicitur, quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est, ut quidam homo, & quidam equus. Quod clarius dici potest, substantiam de nullo prædicari? In medio uero eodem tractatu reddens rationem cur substantia maximè propriè substantia dicatur, aliam non assignat, nisi quia alijs omnibus subiectur, & alia omnia de ipsa prædicantur, atque ideo substantiam maximè propriè substantiam

ANIMADVERSIONES IN

stantiam dici. Quod si substantia omnibus subiectitur, & de nullo praedicatur, & ideo substantia dicitur, profecto substantia Porphyrianæ arboris est falsa substantia; quoniam de omnibus praedicatur; & nemini subiectitur. Ad hanc, in quinti Metaphysicorum capite octavo, postquam quædam, quæ substantiæ dicuntur, enumeraslet, subiungit. Hæc uero omnia dicuntur substantiæ, quoniam non dicuntur de subiecto, sed de eis cœteris dicuntur. Si substantia dicitur de subiecto, quomodo non dicitur de subiecto? Sin non dicitur, ut Aristoteles docet, quomodo erit uerum quod Porphyrius somniauit? In septimi uero Metaphysicorum toto capite decimo tertio, & decimo quarto probat efficacissimis rationibus nihil corū, quæ sunt uniuersalia, ut de alijs praedicantur, substantias esse. Ac sicut singulare, & uniuersale non possunt esse simul in eodem, sic nec substantia, & praedicabile possunt esse in eodem. Essent enim contraria simul. Dicit fortassis quispiam, propter consuetudinem horum praedicabilium. Nonne omne uniuersale praedicabile est? Respondemus, Non. Nam & cœlum est quoddam uniuersale, quatenus quædam caussa uniuersalis. Substantiæ item separatae quædam caussa uniuersalis, & super omnia præpotens Deus est absolute omnium uniuersalis caussa; & tamen nullum horum uniuersalium est praedicabile uniuersale. Item uniuersale singularium substantiarum, ut substantiarum non est praedicabile de alio subiecto. Quod syllogismo inductivo sic probatur. Nec aliquis homo, nec aliquis equus, nec aliqua arbor, nec aliqua terra in quantum primæ substantiæ est praedicabilis de aliquo subiecto, ut ex definitione substantiarum patet. Substantia est aliquis homo, aliquis equus, aliqua arbor,

arbor, & aliqua terra. Ergo substantia non est prædicabilis de aliquo subiecto. Atqui quoniam Porphyrius, in sexto capitulo de cōmunitatibus, ait, perempto genere, uel differentia simul perimi ea, quæ sub eis sunt, ideo ob has, & alias quam plurimas cauſas perempto huius Porphyrianæ arboris genere generalissimo, tota ipsa arbor, ita perimitur, ut amplius nulla pars ipsius arboris suo officio fungatur. Hæc sententia Porphyrii ut est modo in hoc meo proposito mutilatè accepta in rationibus sic se habet, sed integra, ut est ab ipso in suo tractatu edita dicit originem ab illo præcipuo Platonico, & suo errore, in quo præcipua, & prima principia & causæ statuuntur uniuersalia, & genera, quo uniuersalia, eo potiora, singularia uero & postrema, & ab uniuersalibus dependentia. Quare apud eos sublato uniuersali tolluntur & singularia. Quæ ut Porphyrius exemplis declareret suam mentem de hac sententia subiungit, scribens. Quemadmodum enim si non sit animal; non est equus, neq; homo. Item subdit. Si non sit rationale, nullū erit animal, quod ratione utatur, homo singularis est, quod ratione utatur; & ipsa singularia sunt tū sub genere, tum sub differentia. Evidem ideo hunc præcipuum errorem uoco Porphyrii, quia circa præcipuum Philosophiæ, est, & contradictione habet ad præcipua, quæ sunt philosophiæ Aristotelis. Nā Arist. in duodeci mi Metaphysicorū capite sexto ait. Ea, quæ uniuersalia dicimus nō sunt, sed singularia simpliciter sunt. Et in libro Prædicamentorū capite sexto. Quare alia, inquit, oīa aut de subiectis primis dicuntur substatijs, aut in subiectis eis sunt. Ac subiungit. Nō ergo existentibus primis substatijs impossibile est aliquid alliorū esse. Ad quorū confirmationē codem capite, ait. Specie magis esse substantiā, quā genus. Quoniam primæ substantiæ propinquior. Tandem in fine capitinis unde

ANIMADVERSIONES IN

cimi eiusdē libri Prædicamentorū, ait. *Est autem ratio uera nequaquā cauſa, ut res sit, at res uidetur quodāmodo cauſa orationi, ut uera sit.* Ac subiungit. *Eo enim, quia res, est, aut nō est, uera ratio, aut falsa dicitur.* Substātia, ut in exposiſione libri Prædicamentorū quā modo molimur erit uidere, prædicatur æquiuocē de primis, & de secūdis substātijs: tuū de substātijs quæ ut causa substātię sunt, sicut cœlū, substātia primo mouentes, & super omnia Deū benedictū, quam totās uniuersi ipsum bonū, & ipsum optimū appellat. Porphyrius quandam confusam cognitionē de substātia, habuit, & ideo nec ista, nec distinctionem nominum æquiuocē, & uniuocē prædicantium nouerat.

De differentiis. Cap. IIII.

DN tractatu de differentia est idem uidere, sicut & in præcedentibus esse tot errata, quot sunt uerba, si cum Philosophia Aristotelis conferantur. Præci puus, uero est, quia putat se loqui de differentia, cū nō loquatur de differētia, sed de diuerso. Deinde ea, quæ Porphyrius de diuerso loquitur, ea non loquitur secundū Philosophiam Aristotelis, sed quadam sua iuuenta suo more; Quæ magna ex parte confundunt cōmūnem modū philosophandi. De differētia, & de diuerso Aristoteles in decimi Metaphysicæ capite quinto sic ait. *Differentia uero, & diuersitas aliud est, quorū reddes rationē, subiungit.* Diuersum nanq; est illud à quo diuersū est, nō est necesse aliquo esse diuersum, idest, nō est necesse, ut aliquo tertio sit diuersum. Ob hanc cauſā. Etenim omne, quodcunq; fit ens, aut idē, aut diuersum est. Postea de differētibus, quia aliquo tertio differat, ait. *Differens uero ab aliquo, differens aliquo est: idest, aliquo tertio.* De quo tertio subdit. *Quare necesse est aliquid idem esse,*
quo

quo differunt ea, quæ differunt. De quo item tertio ait. Hoc uero idem aut genus, aut species est Quod probat inducione, inquiens. Omne nanque differens, aut genere, aut species differt; genere, quorum non est communis materia, neque mutua generatio: ut puta, quorum alia prædicationis figura est. Species uero, quorum idem est genus. In quo proposito de genere ait. Dicitur nanque genus id, quo ambo ea, quæ differunt, secundū substatiā idē dicuntur; idest sicut homo, & equus, secundū genus idē dicunt, & album, & rubrū fecundū colorē; quoniā tum genus, tum species uniuersalis, tum differentia, tā substatiæ, quā accidentium prædicatur de suis inferioribus in eo quod quid. Ideo dixit secundū substantiā idem dici, De quib⁹ in proposito tractatus de genere dictum est. Ex quib⁹ patet ea, quæ differunt, aliquo differre, hocq; aliquid esse uel genus, uel specie. Quare quæcumque differunt, uel genere, uel specie differunt. His addit in quinti libri Metaphysicorū capite quinto; tertio proportione; idest, analogia ea differre. Quamobré quæcumq; Porphyrius somniat differre, cōmuniter, propriè, uel maximè proprie uana sunt. Quæ utinā uana sicut sunt, ita essent habita studiosis, profectò nō essent in scholis cauſa tantæ cōfusio-
nis. Quod uero ait alteritate differre Socratē à Platone, uel à se ipso; hoc non est eos differre, sed diuersos esse. Alteritas est termin⁹ Philosophiæ Platonicæ quid uniuersale separatiū à singularibus significans: sicut & eius oppositum dicebant identitatē. At in Philosophia Aristotelis, quæ est de singularebus, idem, & diuersum sunt termini iij significantes sicut singularia, ita uniuersalia, & genera talium singularium. Nec uero Socrates à Platone differt alteritate, sed sunt diuersi homines tametsi sint in eadē specie. Sunt diuersi, quia singulares. Nā alia materia, alia species, & aliud nouens Socratis;

ANIMADVERSIONES IN

alia uero materia, alia species Platonis, ut in duabus decimi Metaphysicorum capite quinto. Quod ait Socrate a se ipso differre quatenus senec, & puerum, uel quatenus aliquid facientem, uel non facientem. His Socrates a se ipso non differt, ut ipse confusè philosophatur nec aliis, uel diversus est. Quoniam Socrates suscepitius est contrariorum sine sui mutatione unum, & idem manes, quod maxime est proprium substantiae. Socrates uero albus, uel senex, agens, uel non agens Socrates per accidens est, non autem Socrates per se, uel absolute dictus, idem individuus semper manes, non obstante auctoritate argutissimi doctoris Roberti Holcot, qui cum Porphyrio magis quam cum Aristotele maluit sentire de hoc loco; ut est uidere in argumentis determinatibus decimam quintam suarum quaestionum. Si termini communiter differre, propriè differre, propriissime, differre, differre ab alio, differre a se ipso, alteritas, accidentis inseparabile, differentia, quæ alteratum facit, differentia, quæ aliud facit, differentiae alterantes, simpliciter differentiae collati cum sobrietate, ut ita dicam, ordinis, & cum proprietate terminorum Philosophiae Aristotelicæ, profecto, sit cum bona uenia lectorum dictum, uerba temulenti hominis uidentur, uel potius uana somnia. Vere uana inquam, quibus utinam ut uanis adhuc fides non esset habita, profecto studiosi tot seculis non caruissent splendore, tot genere tamen nobilis Philosophiae. In proposito quod ait de sua specifica differentia, terminus bene quidem sonat, sed quod ait per ipsum significari est de præcipuis suis erroribus. Nam ipse putabat tam in genere substantiarum esse specificas differentias, non autem in genere alicuius ex accidentibus. At in Philosophia Aristotelis specificæ differentiae sicut sunt in genere substantiarum, sic sunt & in quouis ex generibus accidentium. Quod ait, animali enim adueniēs rationalis diffe-

differentia aliud facit, dictum est secundum eius modū Philosophandi, in quo non tantum uniuersalia, & genera sunt separata à singularibus, sed etiā genera, differentiae, & species inuicē sunt separata. Hæc uero omnia Aristotelis referunt ad ipsa singularia, & prædicantur de ipsis singularibus, tanquā de subiectis. Quod deinde subdit. Animali enim ad ueniens rationalis differentia aliud facit. Nescit quid dicat. Nam animal ut gen⁹ est materia eius, cuius est genus, rationalis uero differentia adueniens generi facit rationale, id est, scit, ut quod erat potētia; hoc idem ut actu esset, & nō aliud. Quod postea subdit. Eius autem, quod est moueri alteratū solum à quiescente fecit. Nescit nec quid sit motus, nec quid alteratio, tātum enim qualitates sensibiles alteratut, ut in se ptimo physicorum capite secundo traditur. Diuisio differētiæ, quam facit, nec ullo ordine naturæ, nec aliqua necessitate consequentiæ ductus facit. Quare nec usquam in textu, nec textui Philosophiæ Aristotelis aliqua ex parte potest ap tari. Quod de specifica differētia, ipse putabat tātum in genere substantiæ esse specificā differētiā. In Philosophia Ari stotelis specifica differētia sicut est in genere substantiæ, sic est & in quois genere accidentiū, quorum exēplis tota To pica sunt referta. Quādo uero dicimus substantia à substanciā differre propter diuersitatem aliquorum accidentium. Si cūt cum alterā nigra, alterā albā dicimus; tunc substantia à substantia differt secundum accidens. Quādo autē album à nigro dicimus differre; tum eorum specificam differētiā dicimus. Postea quamplurima confuse dicta sequantur, que p̄tereo, ne & lectori sint tædio, sicut & mihi. Deinde, quod, ait, Illæ igitur, quæ per se sunt in substantiæ ratione acci piuntur, nec quid sit substantia, scit, nec quid sint ea, quæ in primi Posteriorū capite quarto dicant per se inesse. quoniam

ANIMADVERSIONES IN

¶ unumquodq; accidēs in sua ratione habet easq; ut insunt ei per se, sicut hoc album per se color dicit. De differentijs autem loquēs, ait. Quę quidē p se sunt non suscipiunt magis, & minus. In tractatu de substantia Arist. ait, pr̄ter substantiā, & ea, q̄ sunt quāta determinata, oīa alia suscipere magis, et minus. Et ideo etiā differentię corū, color per se inest corpori, & suscipit magis, et min⁹. Itē color p se inest huic albo, & color suscipit magis, & minus. Quod ait. Esse autē vnicuiq; unū, & idē neq; intensionem, neq; remissionē suscipiens est. Nescit quid sit esse, nec quid substantiæ esse, nec quid accidentiū esse. Nam substantiæ esse, nec determinatæ quātūtatis suscipit magis, & minus; cōterorum uero accidentiū omniū esse suscipit & magis & minus. In philosophia Aristotelis materia est cum sensibilis, tum intellectua, forma est quod quid erat esse, & etiam ratio ipsius quod quid erat esse; Totum uel est singulare, sicut Socrates, ex materia, & forma singulari, uel est uniuersale, sicut homo ex materia uniuersaliter dicta, & ex ratione ipsius, quod quid erat esse. In rationibus uero genus non est sicut materia, immo est materia in rationibus, & differentia & terminus, & definitio, & ratio. Ex quibus omnibus in hoc tractatu perstrictis unicuiq; constare potest, omnia alia à me ut uana missa facta sicut & hæc non esse secundum philosophiam Aristotelis dicta, & per consequens ab illis in scholis sinceritatē philosophiæ Aristotelicæ perturbari. Quare omnia hæc cum ipso nomine auctoris è scholis extrudenda.

In Tract. De Proprio. Cap. V.

Aristoteles in primo Topicorum capite tertio ait. Proprium est, quod uicissim prædicatur, & non declarat naturam rei, & capite quarto ad distinctiorem cogni-

TRACT. DE ACCIDENTE. 20

cognitionis. Ait Proprium est, quod quid sit res non explicat, in se inest, & uicissim de illo solo prædicatur. Hoc modo absolute loquendo de proprio, proprium est. Illud uero, quod alicui, uel ad aliquod tempus est proprium, non est absolute proprium, sed alicui proprium, uel in aliquo tempore proprium. Haec de proprio propria methodo dicta esse unicuique constare potest, & quam à Porphyrio inceptè tractentur, quæ de proprio scribat, quamque confuse.

In Tract. De Accidente. Cap. VI.

Alsque dubio puto in hoc capite Porphyrium nescisse, an de accidente absolute dicto, an de accidente quatenus inest substantia, an de accidente prædicabili tractet? Sed quandam farraginem sine ullo ordine tum de una natura, tum de alia, tum de tertia, commiscere uidetur. Nam quod ait, accidens est, quod adest, & ab est sine subiecti corruptione, Hoc est dictum de accidente absolute dicto, & de accidente quatenus inest substantia. Quod deinde ait, hoc accidens est separabile, illud uero inseparabile, haec est eius uoluntaria nominis institutio, absque ulla necessitate facta, nec illa philosophia Aristotelis indiget. Immo terminos philosophiae confundit, dum alia ratio est eorum, quæ re sunt separabilia, alia uero eorum, quæ ratione tantu sunt separabilia. Quod, ait, accidens est, quod eidem contingit inesse, & non inesse, hoc de accidenti, quatenus substantia inest, loquitur. Postremo, quod ait. Accidens est, quod sic neque genus est, neque species, neque proprium, semper autem in subiecto est subsistens, hoc de accidente prædicabili erat ei dicendum, quod de titulo libri presupponitur, qui est quinque uocum prædicabilium. Sed quoniā nesciebat quomodo accidens esset prædicabile,

ANIMADVERSIONES IN

bile, ideo nec in cœlo, nec in terra, nec in me, existens tractatum de accidente terminauit. Nomen tantum accidentis singularis de substantia prædicatur: sicut quando dicimus Socrates est albus, nomen albi de Socrate dicitur, & hæc prædicatio est per accidens: ratio vero huius accidentis fieri non potest, ut aliquando de substantia prædicetur. Accidentis uniuersalis nomine nonnunquam prædicatur de substantia uniuersali, ratio uero ut prædicetur fieri non potest. Sicut nigrum de Aethyope. Ideo dicimus Aethyops est niger, non autem dicimus, Aethyops est uisus congregatus. Nec nomen, nec ratio accidentis uniuersalis prædicitur de substantia, ut in libro prædicamentorum. Genera, differentiae, & uniuersalia omnium accidentium de suis inferioribus prædicantur in eo, quod quid est. Quorum exempla sunt quamplurima in Topicis, & paucim in tota philosophia.

His paucis tametsi breuiter aduersus hoc Opusculum haec tenus notatis, puto facile patēbunt unicuique errores, quibus cetera, quæ agit de communitatibus, & differentijs quinque uocum referta sunt. Mihi uero propter illam, quā tacunque sit, quam habeo cognitionem puritatis philosophiæ Aristotelis, profectò uerba Porphyrij iam tædio sunt, nec possum odio non prosequi hominem, qui tenebris suis obruit hoc nobile genus philosophiæ, qui eius studiosos in inextricabilem labyrinthum ita intrusit, ut uanis eius uniuersalibus labore sine fine torqueantur. Ac quo quis magis exactè nititur, ut philosophetur, eò magis perplexus difficultatibus laboret, ita ut & odio affectus & tædio hominis à fide apostata hic finem facio. Quare ea quæ haec tenus dicitur sunt satis fortasse erunt, ut hoc nomen è scholis profligetur. Quare sit iam.